UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

De reducenda, & restituenda in clerum honestate: & ad quos illud præcipuè pertineat. cap.i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

SPECVLI

CANONICORVM

ET ALIORVM ECCLESIA-STICORVM, DE VITA, ET HO-NESTATE, IN CLERO PER RE-ctam diſciplinam reparanda, & priſtino ſuo ſplendori reſtituenda, atque rite conſeruanda,

Liber sextus.

De reducenda & restituenda in clerum honeſtate; & ad quos illud præcipuè pertineat.

CAPVT I.

HActenus multas virtutes, quibus pa- randa, & conſeruanda ſità clericis ho- neſtas conſpiciendas, & contemplan- das propoſuimus: Ex virtutibus enim proficiſcuntur honeſtæ voluntates, ſen- tentiæ, & actiones [a]. Si ipſam honeſta- tem vndique perfectam, & abſolutam rem vnam pr... clariſſimam omnium, maximeque laudandam po... videremus, quo gaudio, inquit Cicero [b], complere... cùm tantopere eius adumbrata opinione lętemur? ... rum virtutes illę magna ex parte nunc à clero ex... vel à vitiis ipſis contrariis peſſundatæ iacent, vel ... illucque ab illis propelluntur, quorum præcipua ... que capita ſuprà recenſuimus: ita vt maior iam, ... dolor, in clero inhoneſtas quàm honeſtas relucea... vt plerique ethnicis deteriores facti videantur, ... illi, vt Tullius teſtatur [c], illud honeſtum, quod ...

a Cicer. 4. Tuſc. quæſt.

b 5. de finib.

c 1. offic.

mebant, ipſos mouebat; atque, in quo id ineſſe vide-
tur, amicos faciebat. Omnis enim virtus illos ad ſe
liciebat, faciebatque vt eos diligerent, in quibus ipſa
eſſe conſpiciebatur, nihilque tam diſſimile homini
ſtimabant, quàm non moueri & offenſione turpi-
tudinis, & comprobatione honeſtatis[a]. Siquidem na-
tura ſe ſtudioſiſſimos, appetentiſſimóſque honeſtatis
profitebantur, cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexiſſent,
nihil erat, quod vt eo potirentur, non parati eſſent &
ferre, & perpeti[b]; eosque quorum vita perſpecta erat
rebus honeſtis, & bene de republica ſentiebant, ali-
quo honore & imperio affectos obſeruare & colere ſo-
lebant[c]. Quicquid verò præter id quod honeſtũ erat,
expetendum eſſe quiſpiam ducebat, in bonísque nume-
rabat, honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxiſſe,
virtutem penitus euertiſſe cenſebatur[d]. Quia ſi non
ipſo honeſto mouebantur, vt viri boni eſſent, ſed vtili-
tate aliqua, atque fructu, callidi eſſe, non boni diceban-
tur. Nam illud honeſtum eſſe aiebant, quod detracta
omni vtilitate, ſine vllis præmiis, fructibusve per ſe
ipſum iure poſſet laudari[e], etiãſi à nemine laudaretur:
quod, ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret
ſapientiæ[f]. Nam quid faciet is in tenebris, qui nihil ti-
met, niſi teſtem vel iudicem? Quid in deſerto loco,
nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum,
atque ſolum[g].

Clerici in quibus ethnicis deteriores facti videantur.

a *Cic. lib. 5. de finib. bonor.*

b *Cic. 2. Tuſcu.*

c *Cice. 1. offic.*

d *Cic. 3. de fini.*

Honeſtũ quid ethnicis fuerit.

e *Cic. 2. de fini.*

f *Idẽ. 1. l. offic.*

g *Idẽ 1. de leg.*

D. verò Ambroſius maiorem honeſtati tribuẽs effi-
caciam[h]: Sicut, inquit, exortus ſol, lunæ globum, &
cæterarum ſtellarum abſcondit lumina: ita fulgor honeſta-
tis, vbi verò & incorrupto vibrat decore, cætera quæ
putantur bona ſecundum voluptatem corporis, aut ſe-
cundum ſeculum clara, & illuſtria obumbrat. Atque
hac (Chriſtianorum ſcilicet) honeſtate vitam bea-
tam poſitam eſſe minimè dubitamus, quam ſcriptura
appellat vitam æternam. Sed neque populares opinio-
nes pro mercede aliqua requirit, neque pro ſupplicio
timet, & quo minus ſequitur gloriam, eò magis ſuper
eam eminet. Nam qui hic gloriam requirunt, his iam
mercedes præſentium vmbra futurorum eſt, quæ impedit
vitam æternam.

h *lib. 2. offic. cap. 1.*

Vita beata, & æterna in honeſtate Chriſtianorum poſita eſt.

Anne igitur deploranda res eſt, plurimos ad illam proruiſſe cæcitatis, ne dicam impietatis voraginem, & abyſſum, vt ſi quos clericorum ſingulari vitæ, ac morum honeſtate præditos videant, illos deridentes ſubſannent, & calumnientur? illos quaſi ſuo ordine indignos reputantes, & contemnentes eorum familiaritatem, & amicitiam, Ieſuitas appellant. Profectò vt ingenuè fatear; malim cum hiſce haberi, & eſſe leuis

Clerici honeſtè nunc viuentes Ieſuitæ irriſoriè, prò dolor, appellantur.

inſigni vitæ, ac morum honeſtate præditus, quàm cum illis irregularis, & indiſciplinatus Canonicus, qui ſceleribusque peccatis, ac vitiis totum ordinem clericalem natura ſua digniſſimum, & præſtantiſſimum cæteris præſtantibus fulgere. Quare cùm hæc ſola, vt D. Chryſoſtomus ait[a], nos arceāt à virtutibus ex quibus honeſtæ voluntates, & actiones proficiſcuntur, & non ſolùm honeſtas, verumetiam vita beata, & æterna comparatur: quærendi nunc nobis ſunt, quibus cura, opera, & ſolicitudo incumbat euertendi iſtiuſmodi malorum vitiorum fontes. Quibus euerſis ſublatiſque, facilè ipſius omnis inhoneſtatis radices euellere, & non virtutes quaſcumque ipſius honeſtatis ſemina in cordibus ſerere. Etenim ſi inſœcundæ arboris ſuperiora duntaxat circuncidantur, eadem nouos edente ramuſculos, ...

a in hom. 5. de laudi. D. Paul. Honeſtæ actiones vnde proficiſcantur.

videbitur. radicibus altè tendentibus, effectum ...
Vnde & Boëtius: Qui ſerere ingenuum volet agrum, liberat prius arua fruticibus falce, rubos, filicemque reſecat, vt noua fruge grauis Ceres eat. Nam qui enim ſingula vti exigua paruipendere conſueſcet, paulatim omniū patietur iacturam. Peccatorū ſiquidem incuria, vt D. Chryſoſtomus ait, & neglecta facinora ... duxere, & vrbiū mœnia ſolo æquarunt. Hinc D. Bernardus Eugenio Pontifici ſcribens[c]: Impunitas, ... incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, transgreſſionum nutrix, & beatus ſi omni ſatagerit malorum omnium primam parētem cauere ...

b Chryſoſt. ſer. 1. de mal. à nob. euert.

Incuria, & negligētia peccatorum vitia induxerunt.

c lib. 3. de cōſiderat.

Impunitas quorum malorum cauſa.

Cùm igitur propriè Epiſcoporū munus ſit ... omniū vitia redarguere, vt ſancta Tridentina Synodus docet[d]: hoc illis præcipuè cauendum eſt, ne clerici, præſertim ad animarū curam cōſtituti criminoſi ... inhoneſtā vitā, ipſis conniuentibus, ducant. Nam ...

Epiſcoporum munus.

d ſeſſ. 14. de refor. in proœm.

mnis & corruptis moribus eſſe permittant, quo pacto cos de ipſorũ vitiis redarguent [a], qui vno ab eis ſermone conuinci poſſent, quod clericos ipſis patiãtur eſſe teriores? Qua etiam libertate laicos corripere poterunt ſacerdotes; cùm tacitè ſibi ipſi reſpõdeant, eadem admiſiſſe, quæ corripiunt [b]? Monebunt propterea Epiſcopi ſuos clericos, in quocumque ordine fuerint, vt conuerſatione, ſermone, & ſcientia commiſſo ſibi Dei populo præeant, memores eius quod ſcriptum eſt [c]: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Et iuxta Apoſtoli vocem [d], nemini dent vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium eorum, ſed in omnibus exhibeant ſe ſicut miniſtros Dei: ne illud Prophetæ dictũ [e] impleatur in eis: Sacerdotes Dei contaminant ſancta, & reprobant legem.

Quomodo ab Epiſcopis in clerum ſit reducenda honeſtas.

CAPVT II.

VT autem Epiſcopi in commiſſis ſibi eccleſiis eò libentius reſideant, quò facilius, & commodius ſibi ſubiectos regere, & in vitæ, ac morum honeſtate continere poſſint; illud quoque eadem ſancta Synodus illos admonẽdos cenſuit [f]; vt ſe paſtores non percuſſores eſſe meminerint [g], atq. ita præeſſe ſibi ſubditos oportere, vt non in eis dominentur [h], ſed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentq. vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant [i]; ne vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur; quos tamẽ ſi ritus per humanam fragilitatẽ peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruãda præceptio [k], vt illos arguãt, obſecrent, increpẽt, in omni bonitate, & patientia: cùm ſæpius erga corigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas, plus exhortatio, quàm comminatio; plus charitas, quàm poteſtas [l]. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mãſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt [m]; vt ſine aſperitate diſciplina populis ſalutaris ac neceſſaria conſeruetur; & qui correcti fuerint, emendentur; aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitiis deterreantur, cùm ſit diligentis, & pij ſimul paſtoris officium

a cap. quid autem 8. q. 1.
Laicorum de vitiis excuſatio
b c. final. diſt. 25. cap ſi uti. §. neceſſe. diſt. 47 c. in ſacerdotibus. diſt. 61. c. propoſuiſti. diſt. 81.
Clerici nemini dēt vllam offenſionem.
c Leu. 11. 19. 20
d 2. Corint. 6.
e Ezech. 22. Sophon. 3.
f ſeſſ. 13. de reſor. cap. 1.
g Tit. 1. 1. Timo. 3. c. 1. & c. epiſcopũ. c. cum beatus. diſt. 45. cap. 1. & 2. de cleri. percuſſo. cap. duæ ſunt. diſt. 45.
h 1. Petri 5. c. duæ ſunt. §. fi. diſt. 45. c. fin. diſt. 93. c placuit. cap. quia. cognouimus. 10. q. 3.
i c. licet 1. & 2. c. diſciplina. c. ſunt nãque. cũ 2 ſeq. diſt. 45
k 2. Tim. 3. c. ſit rector. diſt. 43. ca. quid autem diſt 45.
l c. licet plerũq. c licet nonnunquam. c. recedite. diſt 45.
m c diſciplina. c. ſunt namque c. vera. diſt. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN